

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 50. Bellum Belgicum a Philippo Hispaniæ Rege Spinolis Marchionibus  
commendatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII. quentare, indicta poena prohibet. Hi  
A.C. 1603. jus Synodi acta, ut authoritate Ap-  
stolica firmarentur, Christophorus Ep-  
scopus Romam transmisit ad Clemen-  
tem VIII. summum Pontificem, a  
quem sub idem tempus Joannes Ebe-  
Schadiak Montis Lybani Maronita pod-  
ea in patria sua Metropolitanus in Re-  
ligionis negotio Legatus decernebat.

Praeterea ex Orientalibus Synodis  
reperiuntur non paucæ, quæ in extre-  
mis etiam mundi plagis vel ad institue-  
dos Neophy whole vel ad Christianæ Re-  
ligionis rudimenta tradenda salubriter cele-  
bratæ fuerunt, quarum interim tam  
præcipue tres numerantur a B. Torino  
in Limana Civitate, Americæ meridi-  
nalis Metropoli celebratæ anno millesi-  
mo sexcentesimo primo & subsequen-  
tibus duobus annis.

### §. L.

*Bellum Belgicum a Philippo Hispano  
Rege Spinolis Marchionibus  
commendatum.*

Gallut. de  
Bello Bel-  
gico l. 15.

Cum interea Philippus III. Hispani-  
rum Rex per Regium suum in Bel-  
gio Legatum Zunigam edoctus suisset,  
quod ibidem bellum lento admodum  
pede procederet, atque Alberti copie  
valde imminutæ essent, mox ambo bus

fratribus Ambrosio & Friderico Spino- Sæc. XVII.  
 lœ Marchionibus, de quorum virtute A.C. 1603.  
 haud immerito sibi magna pollicebatur,  
 negotium dedit, ut præter viginti ma-  
 jora belli tormenta exercitum cogerent  
 peditum viginti millium, Equitumque  
 bis mille: nec vana erat Regis in eos  
 fiducia; quippe cognita Spinularum  
 munificentia, bellique peritia tam fre-  
 quens erat se ultro ad arma offerentium  
 concursus, ut Ambrosius intra breve  
 temporis spatum Legiones duas Equi-  
 tum & sexies mille pedites in Germa-  
 nia conduceret, Ductoribus Roberto  
 Barbansone & Egerolpho Lucembur-  
 gensi, quibus binæ aliæ ex Insubria Le-  
 giones conjungebantur. Fridericus ve-  
 ro in Belgio Peditibus Jacobum Fran-  
 ciscum, Equitibus vero Vandenbergæ  
 Comitem præfecit.

### §. LI.

#### *Fridericus Spinola navalí prælio trucidatus.*

Sub idem tempus Grobbenduchio Syl- Gallut. l. c.  
 væ - Ducus Praefecto nuntiatum e- Thuan l. 129.  
 rat, quod Mauritii Equites numero fer- Hugo Gro-  
 me sexenti circumiacentes urbi cam- tius Hist.  
 l. 12.  
 pos populabundi percurrerent: eapro-  
 pter nulla mora Germetæ, per quod  
 oppidum transiturus erat hostis, suos